



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CCLIV. Ioannis Papae VIII. Ad Vniversos Episcops. Vt Romam ad
Synodum adueniant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD VNIVERSOS EPISCOPOS.

Vt Romam ad Synodum adueniant.

*Omnibus episcopis per ducatum Spoletanum, & Camerinensem,
& ad omnes episcopos per diuersas prouincias
confitutos.*

NOLVMVS ignorare vestram fraternitatem, quia pro multiplicibus sanctæ Dei ecclesiæ necessitatibus, vi. Idus Nouembris istius quartædecimæ indictionis synodalem Conuentum, Domino adiuuante, celebratur sumus: & cum diuersis, præcipue Sarracenorum, impedimentis implicati essemus, nequiuimus eum suo tempore congregare, dignum duximus ad augmentandas, atque perficiendas ecclesiasticas vtilitates, vel præfato tempore non prætermitti, quo minus tanta necessitas sine consultu aliorum confratrum nostrorum indiscussa non remaneret, vt vestris salubribus consiliis fulti, quidquid ad honorem Dei, & communem vtilitatem pertinet, communiter perficere satageremus. Quapropter huius nostræ commonitionis sanctitatem vestram exhortamur apicibus, vt solita desidia deposita, ad eamdem Synodus Romanam venire non differatis: quatenus, sicut diximus, ea, quæ agenda sunt, Christo iuuante, communiter peragamus, & quæ iuxta nostri ministerii officia statuenda sunt, salubriter statuamus. Videte itaque ne solito negligenter agatis, ne si per vos ea quæ honori & statui sanctæ Dei ecclesiæ sunt proficia inordinata remanserint, &, quod non oportet, venire contempseritis, canonicis iustibus non immerito fieriamini. Data pridie Kalendas Octobris, indictione xiv.